


**05
A
1491**



הַלְכָה מִזְוֹזָה
f. De
**RITIBUS ME-
SUSÆ,**

*DISSERTATIO TALMUDICO-
RABBINICA,*

*Qvam
ASSISTENTE SPIRITU DIVINI GRATIA,
Publico Philologorum Examini*

submitunt

PRÆSES

M. THEODORUS DASSOVIUS,

HAMBURGENSIS,

&

RESPONDENS

NICOLAUS NIEREMBERGIUS,

Kirchenlamizo-Variscus.

*Ad diem Jan. Anni M. DC. LXXIV.
in Audit. Min.*

¤¤(o)¤¤ ¤¤(o)¤¤ ¤¤(o)¤¤ ¤¤(o')¤¤ ¤¤(o)¤¤ ¤¤(o)¤¤ ¤¤(o)¤¤ ¤¤(o)¤¤

*WITTENBERGÆ,
Literis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.*

VIRIS.

DE. ECCLESIA. CHRISTI. ATQ. SCHOLIS. OPT.
MERITIS.

PLUR. REVERENDO. AMPLISS. EXCELLENTISSIMO. PERQ.
REVERENDIS. PRÆCELLENTI. CLARISSIMIS.

DN. ERASMO. GRUBERO. EC-
CLESIÆ. ORTHOD. RATISBON. PASTORI. AC. SUPERIN-
TENDENTI. SENATUS. ECCLESIASTICI. ASSESSORI. NEC.
NON. SCHOLARCHÆ. GRAVISSIMO.

DN. M. JOH. VVOLFG. FRENZELIC
ECCLESIÆ. CHRISTI, IBIDEM. SYMMYSTÆ.
FIDELISSIMO.

DN. M. JOH. CHRISTOPH. VVIDER
GYMNASII. POETICI, QVOD. RATISB. EST. CE-
LEBERR. RECTORI. MERITISSIMO.

DN. M. DAVID. VVENDELERO.
D.M.CHRISTOPH.SIGISM.DONAVERO.
SACRORUM. VERBORUM. IN. LAUDATA.
ECCLESIA. PRÆCONIBUS. VIGILANTISSIMIS.

DOMINIS. PATRONIS. PROMOTORI. SUMMO.
PRÆCEPTORI. CONFESSARIO. HOSPITI. OLIM. SUIS. IN.
UNIVERSUM. EVERGETIS.

DEMISSO. PIETATIS. ET. OBSEQVIORUM. CULTU.

SANCTISSIME. ÆTERNUM. OBSERVANDIS.

HOC. QVICQVID. EST. EXERCITII.

IN. MAJORIS. BENEVOLENTIÆ. AC. FA-
VORIS. INCREMENTUM.

CONSECRAT.

RESPONDENS.

05 A 1497





בָּא אַמְּתָה

§. I.

Manum in nonnullis Judæorum ritibus contemplandis versari hac vice constitutum nobis est; non opus fore arbitramur, ipsas illorum domos ingredi, omnes angulos perrepere, abdita & seclusa quælibet rimari, aut supellestilem eorundem universam excutere, ut dicendi argumentum suppeditetur: vel in ipsis liminibus si hæserimus, offendemus, quod tremorari intuentem, invitareq; ad indagandum possit. Scilicet in postibus ædium Mesusa apparent, diligenter scriptæ, convolutæq; & modis omnibus custoditæ, de quibus nunc uberioris differendi animus est, ut concepta hactenus de illis sententia ipsis Talmudistarum & Rabbinorum cæterorum verbis munita explicataq; luculentius fortassis effulgescat.

§. 2. Atq; ut melioris ordinis gratia definitio nominalis præmittatur, Mesusa vox est Hebræa ratione Etymologiæ descendens à rad. מֵשָׁה, quæ significat movere se, moveri, recedere ex aliquo loco; Ratione Homonymiæ etiam eo nomine appellatur postis domus, per antiphrasin, ut quibusdam placet, quasi minimè mobilis dictus. Buxt. Lex. Talm. p. 654. Edmundus Castell. in Lex. Heptagl. rad. מֵשָׁה Unde quia Mesusa in postibus reperitur, nomen postis illi mansit. Synonyma & passim apud Rabbinos tacentur, & forte etiam nulla sunt..

§. 3. Succedit definitio realis, quæ qualiscunque hic dari potest. Itaq; Mesusa est scheda membranacea certas voces continens, quæ posti certo certi domicilii vel loci certis ceremoniis in singularem usum affigitur. Unde in illa consideranda veniunt scriptio, affixio, & usus. De singulis aliqua dicentur.

A 2

§. 4. In

§. 4. In Scriptione iterum occurunt varia; videlicet dicendum hic quid scribatur, quomodo scribatur, in quo scribatur, quibus mediis scribatur & de scriptionem conseqvente convolutione.

§. 5. Quid scribatur interius docetur in Sepb. Arb. Tur. in Mzotah Usha lekhatob Preshat: his verbis: שמע והוא אם שמעו ולקובען על מזוזות הפתח רכוב: וכתבתם על מזוזות ביתך ובשעריך: *Præceptum affirmativum est*, ut scribatur *sectio Audi*, (& *sectio*) Et erit si auscultando, Et affigatur postibus januae, juxta illud, quod scriptum est: scribes quod illa in postibus domus tuae Et in portis tuis. (Deut. 6. v. 9.) Scilicet hoc vult autor, scribi debere in illa scheda sectionem, quæ habetur Deut. 6. v. 4. 5. 6. 7. 8. 9. his verbis: שמע ישראל יהוה: אל הינו יהוה אחר: ואהבת את יהוה אלהיך בכל לבך ובכל נפשך ובכל מערכך: והיו הדברים האלה אשר אנכי מצור חיומך על לבך: ושננתם לבניך ורברת בכם בשברך בכיתך ובלכתחך וברוך ובשכבהך ובគומר: וקשרתם לאות על ירך יהו לטפת בין עיניך: וכתבתם על מזוזות ביתך ובשעריך: *Audi Israël, Jehova Deus noster Jehova unus (est.) Itaq, diliges Jehovam Deum tuum ex toto corde tuo, Et ex toto animo tuo, Et ex totis viribus tuis: Et erunt verba ista, quæ ego præcipio Tibi hodiè in corde tuo: Eaq, acutè ingeres filius tuis, ac loqueris de eis cum sedes domi tuae, Et cum ambulas per viam, cum cubas Et cum surgis: Etiam alligabis ea in signum manui tuae, Et erunt pro frontalibus inter oculos tuos: Deniq, inscribes ea in postibus domus tuae, Et portis tuis. Ut & sectionem, quæ legitur Deuteronom. II. vers. 13. ad 20. hunc in modum: והיה אם שמע השמעו אל מצותו אשר אנכי מצורך אתם היום לאחבה את יהוה אלהיכם ולעבדו בכל לבבכם ובכל נפשכם: ונתתי מטר ארצכם בעתו יורת ומלקווש ואכפת רגניך ותירושך ויזהרכך: ונתתי עשב כשרך לבהמתק ואכלת ושבעת השמך לכם פן יפתח לבבכם וسرתם ועברתם אליהם אחרים והשתחויהם להם:*

להם: וחרה אף יהוה בכם ועוצר את השמים ולא
יהוָה מטר והארמה לא תחן את יבולת ואברותם
מהרה מעל הארץ הטעורה אשר יהוה נתן לכם:
ושמתם את דבריו אלה על לבבכם ועל נפשיכם
וקשרתם אתם לאות עלי ורכם והיו לטוטפה בין
יעיניכם: ולמרותם אתם את בנייכם לרבר בם בשבתך
בביהך ובבלכיהך ברוך ובשכבר ובקומר: וכתבתם על
מוזוזות ביהך ובשעריך למען ירבו ימיכם וימי
בנייכם על הארכומת אשר ישבע יהוה
לאבותיכם להת להם כמי השמים על הארץ:

*s. Erit itaq; si serio auscultaveritis præceptis meis, qvæ ego præcipio vo-
bis hodiè; diligendo Jebovam Deum vestrum, & colendo eum ex toto
corde vestro, & ex toto animo vestro: Ue dem pluviam terræ vestræ
tempore suo tempestivam & serotinam; sic colligas frumentum tuum,
& mustum tuum, & oleum tuum: Etiam dem herbam in agro tuo
pro jumentis tuis: ut comedas & satureris. Cavete vobis, ne seduca-
tur animus vester; ut recedentes colatis Deos alienos & incurvantes
vos (honorem habeatis) illis: Unde accensus ira Jebova in vos ita
claudat cælos, ut non sit pluvia, & terra non edat proventum suum:
sic pereatis celeriter à terra illa optima, qvam Jebova datus est vo-
bis: sed reponetis hac verba in corde vestro & in animo vestro; & al-
ligabitis ea in signum mapui vestræ, eruntq; pro frontalibus inter ocu-
los vestros; Præterea docebitis ea filios vestros, loquendo de eis; cum
sedes domi tue, & cum incedis per viam, & cum jaces & cum surgis:
Etiam inscribes ea postibus domus tue, & portis: Ut tamen multiplicen-
tur dies vestri & dies filiorum vestrorum super terram illam, qvam
juramento promisit Jebova majoribus vestris se daturum eis; qvam
(multi sunt) dies cæli super terram. Hæ sunt duæ illæ sectiones
Deuteronomii, qvæ Melusæ inscribuntur. Unde etiam Lyra in Deu-
ter. 6. v. 9. ait: Et adhuc Iudei hoc observant in pluribus locis qvod præ-
dicti duo passus (duæ sectiones) scribuntur in schedula, qvæ ponitur
in superiori limine ostii domus. Patet itaque non inscribi illi legem
integralm. Unde rectè August. qvæst. 17. in Deuter. de inscriptione
legis in postibus ædium inquit, qvod secundum proprietatem nemo*

Israëlitarum fecisse commemoratur, qvia nec quicquam potest, nisi forte dividat verba Domini per multas partes domus sue, citante Magnifice Dn. Calvio præceptore omni observantiâ devenerando in Bibl. V.

Test. illustr. p. 563. Atque præter has jam dictas Paraschas nil ulterius Mesusæ inscribendum est. Sunt eqvidem ex Judæis, qui certos characteres vel nomina alia divina, vel nomina angelorum, & textus alios Scripturæ præterea addunt; sed illi objurgantur idcirco ab aliis, & dicuntur non habere partem in seculo futuro.

Buxt. syn. jud. p. 583. Hinc R. Maimon in Hilk. Mes. c. 5, acerrimè in

illos invehitur his verbis: אבל אילו שכותבי בה מבנים שמות או חותמות הן בכלל שאין להם חלק לעולם הבא שאלו הטעשו לא זו להם שבתו המצוה אלא שעשו מצות גיהולה שהיא יחוור שמו של הקדש ברוך הוא ואהבתו ועבדתו כאילו היא קמע של הנא עצמו

כמו שעלה לבבם הסכל שות הרבר מהנה בהבלן: l. Illi autem qui scribunt interius nomina vel signacula universim non habent partem in seculo futuro; qvia stulti illi non solum intermittunt præceptum, sed etiam magnum illud præceptum de unitate Dei benedicti, & amore cultuq; ejus habent instar amuleti utilis, sicut sibi imaginantur hanc stultitiam, quod conduceat haec res in vanitatibus mundi. Hinc etiam R. Ascher ait in Hilk. Ketan. Hilk. Mes.

אבל מבני אין להוסיף מאותה ולא לעשו חותמות, לפי שנראה כאילו מכין לעשו לו קמע לשמרוה אליו יעשה המצוה כתוקף לקיי מאמר הבוריין.

יתברך והוא שומרינו והוא צילנו על יד ימינו: Interius autem non est addendum quicquam, nec facienda sunt signacula, unde appareat, quasi quis intenderit facere sibi amulethm in custodiā (sui), sed faciat præceptum juxta ordinationem ejus, ad confirmandum verbum Creatoris benedicti, qui est custos noster & umbra nostra super dextram nostram, Ps. 121. Non autem solum interius sed & exterius scribitur Mesusa. Unde R. Maim. l. c. ait: מנחג לכהוב שרי מבחצץ solent scribere vocem Schaddai (omnipotens)

tens) exterius. Ita & R. Ascher. l.c. & Bux. in syn. cit. p. 584. Quare autem hæc vox & non alia scribatur, de eo audiemus infra, cum de usu Mesusæ dicetur. Adscribunt alii insuper כֹּו בְּמוֹכָסֶז כֹּו Kusu Bemochas Rusu, quod nomen volunt angeli, cuius etiam meminit Antonius Margarita. Sunt autem hæc voces arte Cabalistica ex illis interius scriptis productæ, ut pro una quaque litera harum vocum proxima in Alphabeto seqvens assumpta fuerit v. g. בְּ pro יִ, נְ pro הַ; &c. Bux. l.c. p. 585.

§. 6. Ita vidimus quid scribatur, quomodo scribatur nunc adjungemus, ubi iterum & scriptio interna & externa attendi debet. Ultraque fit literis Hebraicis s. Asyriacis veteribus. Hoc innuitur in Megilla c. i. in Mischna. fol. 8. p. 2. h.m. אין בין ספרים לתרפילין ומזהות אלא שהספרים נכתבין בכל לשון ותפילה: Non differunt libri (Glossa explicat, Lex, Prophetæ, Hagiographa h.e. Biblia vid. Alting. diss. phil. 2. p. 139.) à ligamentis precatoriis & Mesusis, nisi quod libri scribantur in qualibet lingua; ligamenta autem precatoria & Mesusæ scribantur non nisi in Assyriaca. Ad quem locum Raschi ita commentatur: **אשורית לשון הקודש Assyriaca**: i. e. lingua sancta. Et mox in Gemaram h.l. scribit: כתב אשורית הוא כתב קתוב שلنנו Scriptura Assyriaca est Scriptura, quæ nobis in usu est. Literis his imponuntur תגין s. coronaæ aut apices, quæ litera ש dicitur habere septem Maim. Hilc. Tephil. c. 2. Scriptio interna ita adoratur, ut ab uno folio capiatur. Id quod legitur in Arb. Tur. Jor. Dea. fol. 68. col. 3. quando autor inquit: **ורשי כל אפיקו אם** כתב אחר בשני רפים Raschi ait esse illegitimum etiamsi scriperit in una membrana, si scribat in duobus foliis. Et statim addit de suo: **ופכל מקום טוב לכתבה ברף אחר** Omniò præstat scribere illam in uno folio. Conveniunt haec cum illis in Menachot b. c. 3. fol. 33. p. 1. in Gem. אמר רב יהודה אמר אמר שמואל כתבה על שני רפין פסולה מיתה כי כתבה על שני רפין והנicha בשני סופין פסולה הא בסוף אחר כשרה Dixit Rabb. Iebuda: dixit Samuel, si scribit eam (Judæus) in duobus foliis illegitima est. Respondeo, si scribit eam in duobus foliis & affigit duobus Siphi vel postibus, illegitima est, quæ autem est in uno post,

על שני רפין ח齊יה poste, legitima est. In quem locum Raschi: בדרכו זה וח齊יה ברף זה: בשני סיפין בשני מזוודה של פתח In duobus foliis, i.e. ut dimidia ejus pars in hoc folio, & dimidia pars in isto folio sit. In duobus Siphin i.e. in duobus postibus januae. Quid præterea in linearum ductu & vocum collocatione observandum sit, docetur itidem passim. In Arba Tur. l.c. habentur hæc: ועוד חמורה מספר תורה שלדברי הכל צריכה שרטוב ואם לא שרטוב פסולה ועוד שאין תולין בהז כמו שתולין בספר תורה: ומניח ריווח למטה ולמטה כחזי רוחב צפורי ובתחלת כתוי לגול אותה אחר שתפרק ובכופה אין צורך להניא כל וכותב כל שיטות בוישר שלא תהיה אחת ארוכה מהבירהה ואם הארי בשיטה אח' יותר מכאותה שלפניה ובאותה שהחיתה קיצר יותר מבאותה שלפניהם ולפניהם פניה כשרה ובלבד שלא יعشנה כקופה כאهل שהוא צריך למטה ורחב למטה כונב רחב s. Præterea majoris momentis est (scriptio Mesusæ) libro legis, quia ad verba omnia opus est linearum ductu, quod si quis non duxerit lineas, illegitima est. Insuper quia nullæ literæ in ea suspenduntur, ut suspenduntur in libro legis. Relinqvit porro (Judæus) spatiū in parte suprema & infima ad dimidiā unguis latitudinem, ut & ab initio, ad devolvendam illam (Mesusam) postquam fuerit convoluta; in calce autem non opus est, aliquid (spatii) relinqveret. Scribit autem omnes ejus lineas æqualiter, ne una altera sit longior; quod si autem extenderit lineam unam magis quam præcedentem, & sequentem contrarerit magis quam præcedentes, legitima est: modo non faciat eam instar cuppæ. h.e. instar tentorii supra angusti, infra lati, nec instar caudæ infra acutæ, supra latæ. Similia in Talmud occurunt v.g. in cap. 3. Menach. in Gem. fol. 32. p. 2. כל מזוודה שאין לה פסולה: In quaung Mesusa non sunt ductæ lineæ illegitima est. Et mox מסוני אוז שרטוב של מזוודה הילכה למשה מסוני אוז Linea-

Linearum ductus in Mesusa est constitutio Mosis de Sinai. Ibid. fol. 31.

אמר ר' מזוזה שכבה שתים כשרה p. 2. traditur: איבעא להו שתים שלוש ואחרת מהו אמר ר' נחמן בר יצחק כל שגן שעשה כשרה מתיובי: עשה כשרה או שירה כמותה פסולת: *Mesusa scripta binis* (i.e. lineis constantibus binis vocibus) legitima est. Interrogavit illos: quid autem si duabus, tribus ו una (voce constantibus) dixit Rabb Nachman filius Isaac: Multò minus (erit legitima) si fecerit eam instar Cantici; Respondeo, si fecerit eam instar Cantici vel canticum ad instar ejus, illegitima est. R. tamen Johannes ibid. dixit כשרה שתים שלוש ואחר כשרה *Mesusa scripta duabus, tribus ו una* (voce) legitima est. Huic loco Talmudico si adjungatur explicatio R. Salomonis in h. l. sensus erit satis clarus. Ita autem ille: שתים שתים קצורות שיטה שיטה בת שתי תיבות שתי בז ו ג בז ו אחת בז מי כ' רכשות שעשה כשרה ראו ישור מש' שיטה אחת ארוכה ושיטה אחת קצר שאון מלא כל השיטה או שירה כמותה שכabb השירה כאשר התיבות ארוח על גבי ארוח שתים שלוש ואחרת: *Binis* (scripta Mesusa.) Intelliguntur linea breves, quarū qualibet duabus constat vocibus. Due (voces) in hac (linea) tres in illa, una in ista, (si ponantur) quid hoc (sibi vult?) Multò minus legitima erit, si fecerit instar Cantici (incipientis) tunc cecinit Moses (Exod. 15.) ubi una linea est longa, aleem brevis, ut non tota linea adimpleatur: vel si canticum ad instar ejus (Mesusæ fuerit) i.e. si scripserit canticum ad instar reliquarum vocum (ut faciat) laterem dimidium s. unius palmi cum dimidio, super laterem dimidium (i.e. ut lineæ fiant æquales, contra si lineas inæquales indicare volunt Rabbini ajunt esse ארוח על גבי לבנון laterem dimidium super laterem integrum, ut loquitur Abarb. in Ef. f. II. col. 2.) duætes ו una (voces si scribantur sub se invicem) instar Cantici est. (Tum n. lineæ

B

sunt

sunt inæquales.) Prohibetur itidem ibid. in Men. fol. 31. in Comment.
 R. Salomonis, qvod non scribi Mesusa debet in star tentorii vel
 caudæ, & explicatur, in star tentorii scribi דהינו אחד שתיבות
 דהינו si ponatur una, due, tres (voces) in star caudæ autem שלש
 si ponantur tres, due, una. Omnia clarissimè explicat scriptionem Mesusæ internam R. Maimon c. 5. in Hilc.
 Tephill. inqviens: ונחגו לעשורה כב' שיטין וזהו התחלהן:
 שמעי ה' הרבוים לבניך ובשכברך ביך וזה מזויה.
 בכל יורה עשב פז והשתחוותם השמיים ואברחותם.
 ושםם אורתם ברוך ובשעריך אשר על הארץ
 קדמאות לטוטפה. בתראה לטוטפה יודך חסר. קדמאות
 מזוות בתרא מזוות. ותירשך חסר ז' הטבה לאבותיכם
l. Solent autem facere 22. lineas, quarum initia haec sunt.
 Audi. Jebovam. Verba. Filiis tuis. Et cum cubas. Inter. Et erit. Prae-
 pio. Omni. Pluviam tempestivam. Herbam. Ne. Et incurvantes vos.
 Caelos. Et pereatis. Et reponetis Ea. Ea. In via tua. Et in portis tuis.
 Qvam. Super terram. Primò (scribitur) lethethaphoth sine Vau
 (Deut. 6.8.) Ultimò lethethaphoth cum Vau (Deut. 11.18.) Vox Jadecha
 defectivè sine Jod (Deut. 4.8.) Primò Mesusoth sine Vau (Deut. 4.9.) Ulti-
 timò Mesusoth cum Vau (Deut. 11.20.) Vox Vetiroscbecha deficiente Vau
 (Deut. 11.14.) Voces Hattobba, laabbotechhem deficiete Vau (Deut. 11.21.)
 Præterea cum duæ in Mesusa sectiones scribantur, disceptant Rab-
 bini an inter illas duas facienda sit sectio aperta an verò clausa.
 ובחפק: Utrumque concedere videtur Maimon l. c. inqviens:
 שבין פרשׁת שמע לוהיה נחגו לעשורה סתום ערך
 כן טוב שלא להניח ג' אותו לא בסוף שיטה שמיימת
 בה שמע ולא בראש שיטה שמתחלל בה וזהו ואט
In intervallo autem quod est inter se-
 ctionem Audi, & sectionem Et erit, solent facere clausam (sectionem).
 Idcirco conductit, si nec in fine lineæ, quâ finitur (sectio) Audi, nec in
 initio lineæ, quâ incipit (sectio) Et erit, tres literæ relinquantur. Qvod
 si fe-

fi fecerit aliquis eam apertam, legitima est. Idem conceditur à Rashi
תפילין קדושתן: ubi ait: חמורה ממזה שיש בהן ר' פרשו הכא סתוםות
והכא פתוחות במזזה אלא שם במזזה נמי סתוםות הן

Ligamentorum precatoriorum sanctitas est gravior (major) quam
Mesusa, quia in illis sunt quatuor sectiones; illic clausæ — hic autem
aperta in Mesusa; sed collige exinde in Mesusa etiam esse apertas (sec-
tiones.) Videntur tamen alii probare magis, si fiat sectio aperta.
רב נחמן בר יצחק אמר: מזוּה לעשׂותן סתוםות וְאֵי עֲבָרִינָהוּ פתוחות שפָר

רמי ומאי פתוחות ר' שמואן בן אלעזר אף
Rabb Nachman filius Isaac dixit: Jubemur face-
re illas (sectiones) clausas. Quare autem facimus apertas? Pulchritus
videtur. Quare autem (asseruntur) apertas? Juxta illud quod dixit
R. Simeon filius Eleasar: Etiam apertas dici potest (fieri debere se-
ctiones.) In quem locum R. Sal. in cem. similia recenset, quan-
do inquit: אמרתי לו רבבי מה טעם אתה עושׂותן:

פטחוות והלא בתורה סתום הן אותו ריווח של אחר
ובשעריך סתום שמאלי של שיטה וחריווח באמצעות רשות:
אל הוואיל ובתורה אינם סמכות הנך שתי פרשיות
שו כתיב בואהנן וזו כתובה בוהירך עקב לפיכך

אנו עושים פתוחות מאי לאו אפתחוות קאם וחלכה בראש:
Dixi illi Rabbi: quae ratio est, Tu facis illas (sectiones Mesusæ) a-
pertas, nonne autem in lege sunt clausæ? Ita spatium illud post: (ver-
ba) et in parte eius clausa est (sectio) versus sinistrum latus linea, et
spatium est in medio linea. Respondit: posteaquam in lege (illæ sectio-
nes) non sint conjunctæ, cum sint due sectiones, quandoquidem haec
scribitur in sectione: Et cum deprecarer (quæ habetur Deut. 3. 25.)
illa in sectione: Et erit propterea quod. (quæ extat Deut. 7. 12.) Idcir-
co facimus illas apertas. Nonne ita intelligendum est, quando aperte

esse dicuntur? Constitutio autem est juxta R. Simeon. Et in Tosephos
 דריש כהוב בתקילה ובסוף שיטה: רכשיש כהוב בתקילה ובסוף שיטה
 ופרש במאצע זו הוא סתום וanno נוהgin להנו חל
 מעט בתקיל שיטה ואח מתקיל והויה אם שמו
 Qvando scriptum est aliquid in initio & fine linea & sectio est in medio, vocantur clausae (sectiones) ושם גם זה קרו סתום:
 Solemus autem relinquerre aliquid spatii in initio linea, ut postmodum incipiat: (sectio) ו- erit si auscultando. Fortassis autem & hoc appellatur clausa (sectio). Denique disputant hic etiam Rabbini,
 ubi voces ultimæ Mesusæ על הארץ (super terram) sint pondæ, an in initio, an in fine linea. Recensetur hæc disputatio in c. 3.
 Menach. f. 31. p. 2. h. m. אמר רב חכרא על הארץ בשיטה
 אחרונה א"ר בסוף שיטה ואיכה דמי בתקילה שיטה
 מ"ר בסוף שיט' כגובה שמים על הארץ ומ"ר בתקילות שיטה Dixit Rabb Chasda (verba) super terram, in linea ultima (scribantur.) Sunt qui dicunt, in fine linea (scribenda esse): Sunt etiam qui dicunt in initio linea. Qui dicunt in fine linea, respiciunt (dictum Ps. 103.11.) quām altum est cælum super terram &c. (Nam tum vox s. cœlum quasi imponitur terræ in scriptione.) Qui autem dicunt in initio linea, (ita scribunt) sicut remotum est cœlum à terra. R. Maimon autem hanc controversiam ita decidit in c. 5. Hilc. Teph. ועל הארץ
 יכתב בראש שיטה אחרונה ולא יכהוב בה יותר (Verba) super terram, scribat in linea postrema, neq; scribat in ea aliquid amplius. Hæc de scriptione interna. Addendum hic est, quomodo se habeat externa. Hanc accurate describit R. Ascher in Hilc. Ket. Hilc. Mes. his verbis: שדי נבחוץ על הריווח שבין פרשה לפرشה וכן נוהgin באשכנז ובצרפ' לכ הוב מבחו בנגר ה אלהינו ה באלפא בירתא וهم קווז במקסז קווז:
 (Vox) Schaddai exterius (scribitur), juxta spatiū quod inter duas sectio-

sectiones interjacet. Ita etiam conservantur in Germania & Gallia scribere exterius juxta (verba) dominus Deus noster dominus, nomen literarum vicinaria litteris (verborum) dominus Deus noster dominus in alphabeto, quae sunt: קָסְעַ בְּמוֹכְשָׁס קָסְעַ.

§. 7. Ita vidimus quomodo scribatur Mesusa, videamus nunc porro in quo scribatur. Scribenda ergo est in Membrana & quidem una. Hoc indicatur in Tosephos in Men. 3. fol. 33. p. 1. quando dicitur: **שהספרים נכתבים בשני עורות ולהתפלין ומצוות**: **בעור אחד** *libros quidem scribi in duabus membranis; ligamenta autem precatoria & Mesusas non scribi nisi in una membrana.* Et in Arb. Tur. for. dea. f. 68. col. 4. his verbis: **כיצד מצויה יקח עור אחר שייש בו לכתוב פרשת שמע והיורא אם שמוע ויכתבם זה אחר זה כסדר ואמ שינה והקלום והיורא לשמע פסולות ואם כתבה בשני עורות פסולות ואפי אם רבകם:** *Quomodo se habet praeceptum ejus (Mesusæ)? Accipiat (Judæus) pellam vel membranam unam, in qua scribi debet sectio Audi, (& sectione) & erit si auscultando, & scribat ordine unum post alterum. Quod si autem mutat premittendo (sectionem) Et erit (sectioni) Audi, illegitima est. Quod si scribat in duabus membranis, illegitima est, etiamsi conglutinaverit. Qualis autem illa membrana esse debet, de eo controvertitur ibid. in Arba Tur. b. m. תורתה שעיקר מצויה דוקא על רוכסוסטום ואם כתבה על הנול וארני אב בראש זיל הקשר כמו ערך הקלף لكن טוב לכותבה בכל דרך שמשתמרה בו יותר. Majoris momenti est (scriptio Mesusæ) quam libri legis, quia præceptum ejus ad conditum scribatur in Dochsostos (membrana crassiore, quæ in divisione pellis est versus carnem s. ut Raschi in Men. 3. fol. 31. p. 2. **שלא נקלף** membrana non decorticata vel rasa) si autem scribat aliquis in Kelev (membrana tenuiore quæ in divisione pellis est versus pilos) legitima est. R. Isaac a. ait: si scribat in Gevil (pelle integra non divisa) illegitima est. Dominus autem Pater natus:*

magnus ille R. Ascher p. m. legitimam pronuntiavit, sicut qvæ in Kev
 lev scribitur. Propterea præstat scribere illam in re qualibet, in qvæ
 durat longius. In Dochsostos tamen plerique scribi malunt. Huc
 tendit illud in Menach. 3. fol. 31. p. 2. **ארש בן אלעזר רם הירח**
בorthba על רוכסוסטוס כמיין רף ועשה רווח מלמעל
Dixit R. Simeon filius Eleasar : R. Meis scripsit
 illam (Mesusam) in dochsostos, instar folii (i. e. ut R. Sal. in b. l.
 כתבה עמר שבספרים ארוכה וקצרה
 כמיין instar columnæ in libris
 longæ & angustæ s. smahl.) Et reliquit spatum supra & infra. Et il-
 lud, qvod seqvitur ibid. per seq.
התניא הרכז למשה מסוני
תפילין על הקלוּף ומזווח על רוכסוסטוס קלף במקום בשאר
רוכסוסטוס במקום שייער למצוּה Traditio est esse constitutio-
 nem Mosis à Sinai, ligamenta precatoria (scribi debere) super
 Klev, Mesusa super dochsostos. Klev est versus carnem, dochsostos
 versus pilos juxta præceptum. Qvia autem dochsostos est mem-
 brana crassior, hinc movetur qvæstio, an sit aptanda (ob mans
 gerbe?) R. Maim. c. 1. in Hilc. Seph. Tor. ait : **שאינה צריכת**
 non esse opus aptatione. R. Ascher autem in Hilc. Ket. H. Mes.
 ait **יעבור** כהogenic להצרייך **יעבור** solere urgeri aptationem.

§. 8. Media, qvibus scribitur Mesusa, sunt calamus scripto-
 ris & atramentum. Discitur id ex Menach. l. c. fol. 34. p. 1. ubi di-
 citur hic intelligi כתיבת התורה והדר scripturam perfectam
 & decentem, sicut etiam ibid. passim legitur esse debere Mesusam
אגרת מקרא ולא מסורת שלא דركך בחסרוות ויתירות
Epistolam qvæ legi posse, non Meso-
 sa. subcatur ratiō cum literarum defectivarum & abundan-
 tium, sed instar epistolæ munera. it. adhibendam esse
 כתיבת התורה scripturam hominibus usitatam. Ita etiam ex-
 pressa fit mentio atramenti in Megill. c. 1. in Gem. fol. 8. p. 2. & Arb.
 Tur. l. c. f. 68. col. 4. Probare volunt Rall: hanc scriptionem
 ex Jer. 36. ubi verbum כתיב de scriptione atramento facta usur-
 petur. Urgent autem hæc propterea, ne vel lapidibus vel auro vel
 alii materiæ insculpantur verba Mesusæ. Unde legitur in Toseph.
 ad Men. l. c. fol. 31. p. 2. **שכתב שלא ברו או שכתב האזכיר**
בזהב

בָּסֶרֶת בְּזַחַב הָרִי אֶלְוִ יָגְנֹזֶר **Qvi scripserit sine atramento,**
aut qvi scripserit nomina divina in auro, ecce illi occultant mysteria
legis. Hinc etiam ex vetustis libris legis vel ligamentis precatoriis
non faciunt Mesusam , qvia hîc nova reqviritur scriptio, utpote
cum cetera jam dicta sint Mesusâ sanctiora. Hoc apparet ex Men.
l.c. fol.32. p.1. ubi ita : **שְׁבָלוֹ אֵין :** וּתְפִילֵין שְׁבָלוֹ
ספר תורה שבלהן ותפilinein שבלו אין : עושין מהן מזוולין לפיו שאין מוריין מקדוש' חמור
קָלָה Ex libro legis inveterato vel ligamentis precatoriis inveteratis non faciunt Mesusam , qvianon se demittunt à sanctitate gravi ad sanctitatem levem. Additur in Arb. Tur. l. c. f. 69.
לא כתביין אותו על גלוונים של ספר תורה non scribi in marginibus libri legis.

§. 9. Qvando itaq; eo modo scripta est Mesusa, tum con-
volvitur, de qvo Maim. in c.5. Hilk. Teph. וּכְרָלֶל מִסּוֹפֵר לְרַאשָׁה Convolutur à fine versus initium à (voce) u-
nus versus (vocem) Audi. Huc pertinet illud in Men. l.c. fol. 31. p. 2.
אַרְחַלְבּוֹ חֲזִינָא לֵיהּ לְרַב הַוְנָא דְכִרְיָד לְהַמָּחָר כְּלַפֵּי שָׁמַע
Dixit R. Cbalbo: vidimus illum sc. Rabb Hunam convolvare illam à (voce) unus versus (vocem) Audi. Quem locum luculenter expli-
cat Raschi inqviens: לְאַחֲר שְׁנַכְתָּבָרְהּ כּוֹפְלָה מִצְרָא שְׁמַאל לְאַחֲר שְׁנַכְתָּבָרְהּ כּוֹפְלָה מִצְרָא שְׁמַאל: שְׁרָאשׁ
לְצַדְרִי שְׁחִינָה בְּרִלָת וְהַיוּנוּ מַאֲחָר כְּלַפֵּי שָׁמַע: שְׁרָאשׁ
הַשּׁוֹרֵה שָׁמַע יִשְׂרָאֵל וְסֻכָּה יְהִי אַחֲר וְהַתְּחִילָה לְכּוֹפְלָה
Ex qvo scripta est conduplicat (Mesu-
sa Judæus) à latere sinistro versus dextrum, qvia finiverat eam in
Daletb, וְest à (voce) unus versus (vocem) Audi: qvia initium linea
est: audi Israël, וְfinis ejus: Dominus unus. Incipit ergo conduplica-
re illam à (voce) unus וְconvolvit usq; dum perveniat ad (vocem)
Audi. Conf. etiam Buxl. in Synag. Jud. p. 585.

§. 10. Sed satis de scriptione fermocinati sumus, pes promovendus est ad **AFFIXIONEM** Mesusæ, ubi de locis in quibus affigitur & in quibus non, de tempore, & modo etiam affixionis audiemus.

§. II. De

§. II. De Locis cum dicimus, operæ erit pretium, contemplari primò locos & portas integras, qvæ communiter ita à Rabbinis conjunguntur, deinceps postes locorum, & denique locum in postibus ut ordine adjutus qvilibet, qvi voluerit, facilius nos asseqvatur.

§. 12. De locis & portis integris erudimur accurate in tract. Talmud. Joma. c. I. in Gem. fol. II. p. 2. ubi hæc leguntur: ותניא בשעריך אחר שעריו הבתים ואחר שעריו החומות ואחר שעריו מרינונות ואחר שעריו עיירות ורפת ולוין ומתקן ואוצרות יין ואוצרות שמן חיויבין בפוזות יכול שני כי מרבית אף בית שער אכזרי ומרפתה תל בית מה בית מיוחד לרורה יצאו אלו שאין מיוחדין לרורה יכול שני כי מרבית אף בית הכסא ובית הבורסקי ובית המרחץ ובית הטבילה תלטורה לופר בית מה בית העשו לכבוד אף כל העשו לכבוד יצאו אלו שאין עשוין לכבוד יכול שני כי מרבה אף הר בירות והלשכות והעוזרות תל בית מה בית שהוא חול אף כל שהוא חול יצאו אלו שהן קייש תיובת תנוי רב שמואל בר יהורה כתיר רובה שש שעריהם פטוריין מן המזויה בית התבון ובית הבקר ובית העזים ובית האוצרות ושער המרי ושער שאינו מקורה ושער הרבה שערו חצרו ושערו נבואה עשרו: 6. 9. Traditio est de verbis: in portis tuis. Nam ex plurali plures portas colligunt Raschi in Deut. Et R. Mos. Bar. Nachm. in bibl. Bomb. qvi in b.l. commentatur: וטעם ובשעריך ובמזרות: שאר שעריך כן שעריו הערים והמרינות כמו באחר שערך

שׁערָך sensus verborum: וְin portis tuis est: וְin postibus reliqua-
rum portarum tuarum v. g. portarum civitatum וְprovinciarum
q. d. in una ex portis tuis). Portæ domum, portæ atriorum, portæ pro-
vinciarum, portæ civitatum, bovine, coquile, straminarium, horrea vi-
ni, horrea olei tenentur Mesusā. Fortassis plura addere possum: Etiā Do-
mus porta, Exedra (Sommerhaus od Saal) וְporticus (tenentur). Vult
dicere textus appellari Bajith (domum). Quid est Bajith? (s. quid si-
gnificat vox hæc in Scriptura?) Est domus appropriata inhabita-
tioni; excipiuntur ergo hæc, quæ non appropriantur inhabitationi.
Fortassis plura addere possum: Etiā locus secretus, officina coriarii, locus
balnei, locus lotionis (tenentur). Vult dicere textus (appellari) Bajith.
Quid est Bajith? (Est domus) quæ facta in honorē, quia ergo sunt omnes
(Bajithim) factæ in honorem, excipiuntur hæc non factæ in honorem.
Fortassis plura addere possum: Etiam mons domus (in quo templum
erat ædificatum) atria וְconclavia (tenentur). Vult dicere textus
(appellari) Bajith. Quid est Bajith? quæ est profana; quia ergo o-
mnes sunt profanæ, excipiuntur hæc, quæ sunt sanctæ. Tibi veniet וְ
indicabit ore suo solutionem veram. Tradidit Rabb Samuel filius Je-
bude coram Rabba: sex portæ liberae sunt à Mesusa, straminarii, bo-
vilis, loci lignorum, horreorum, porta Persica (facta cum cippo ut in
Persia, quam quidam teneri quidam non teneri volunt, unde hac
exclusa relinquuntur adhuc sex portæ) porta non contignata (su-
perius non testa) porta, quæ non habet in altitudine decem (cubitus). Quæ in h. l. Talmudico adducuntur, alibi quoque passim
explanantur, quæ adjiciemus, ut magis in Judæorum hac de re sen-
tentia confirmemur. Itaque de לֹול s. coquile legitur in c. 3. Menach.
fol. 34. p. 1. in Gem. לֹול פתוח מִן הַבַּיִת לְעֲלֵיָה אָמַר רַב
הוֹנָא אֵם יִשׁ לֹו פֶתַח אַחֲרֵי חַיִיב בְּמִזְוֹהָ אַחַת אִם
לֹול הַפֶתַח מִן הַבַּיִת לְעֲלֵיָה כְּochlea aperta
è domo in superius conclave dicit Rabb Hunæ si habet portam unam,
tenetur Mesusā unā. si duas, tenetur duabus Mesusis. Lucem his addit
R. Sal. in b. l. ita inqviens: לֹול הַפֶתַח מִן הַבַּיִת לְעֲלֵיָה
זה ררכן ארוב במאצע העלייה וועלין לוח מן הבית
למעלות ועשהן ד' מחיצות סביב המעלן למיטה כרי
שלא

שלא ירד אדם טן העליוה לביה כי אם ברשות
 בעלייה ועושין פתח במחיצות וכן עושין בני
 עליה ר' מחיצות סביב הארכבה למעלה ובחן פתח:
 f. *Cochlea aperta ex domo in conclave superius ita se babet: Fenestra*
est (sc. eine Luce) in medio conclavi, ad quam ascendunt per gradus
ex domo, q. autem parietes faciunt circa gradus inferius, ne aliquis descen-
dat ex conclavi in domum, nisi volente domino, & faciunt portam in
parietibus. Ita etiam it, ad quos conclave illud pertinet, faciunt q. pa-
rietas circa fenestram in superiore parte, in quibus est porta. Conso-
nant cum his illa in Arb. Tur. for. Dea. p. 68. col. 3.
ארוכחה
 שבין בית לעלייה ועולין לה בסולם זושים סביב
 הסולם היקף מחיצות פעמים למטה ברגל הסולם
 ופעמים למעלה בראשו וושבו צורת הפתח במקום שעושין
 אותו חיוב ואם עשו למעלה וגם למטה חיוב בשתיים:
Quando fenestra est inter domum & conclave, ad quam ascendunt
per scalas, faciunt circa scalas ambitum tabularum, interdum inferius,
in fine scalarum, interdum superius in apice earum, ubi figura est janua.
Quando autem ita faciunt, tenetur locus (Mesusâ), si faciunt supra si-
mulum & infra, tenetur duabus. Ita de domo porta legitur
 ורי פרש דבירת שער חיוב
 מדרבן אפלו אין בית פתו לו: בית שער הפתוח
 לבית ולהצר חיוב בשתי מזוזות אחת במקום שפותוח
 לבירות ואחת במקום שפותוח להצר חוץ מהמקום
 שנכנסין לו מרשות הרבים. בית שער העומד בין
 הגינה לבית חיוב בשתי מזוזות אחת במקום שפותוח לבית
 R. Isaac (alii non habent pro domo) explicat: *Domus portæ tenetur (Mesusa) juxta Doctores, etiam si ibi non*
ad sit domus aperta. Domus portæ aperta versus domum & versus atrium
(lithostratum) tenetur duabus Mesusis, una in latere, ubi est aperta
versus

versus domum, alterâ ubi est aperta versus atrium, excepto loco ubi
 ingrediuntur à platea. Domus portæ stans inter hortum & domum
 tenetur duabus Mesulis, una in loco, ubi est aperta versus domum, alre-
 rá in loco, ubi est aperta versus hortum. Additur ibid. in notis quid
 sit domus portæ sc. מיחיצה מקפֶה לשער שלא יציצו בחצר substructio vel contignatio cingens portam, ne
 prospiciant in atrium (lithostratum) qui transeunt & redeunt. Ita
 in Succa c. i. fol. 8. p. 2. in com. Rashi dicitur esse פירקא בלוּז furcam (forte à figura) vernaculè, quæ ante do-
 mun. Ita in Joma c. i. fol. 11. p. 1. in Toseph. dicitur aliud esse בירת בית שער שער של אכסדרה
 domum portæ exedra, aliud של מרפסת domum portæ porticus (ducentis incœnacula). Maximè itaq; probabile videtur intelligi per domum portæ por-
 ticum, & esse idem quod אולם, in primis cum R. D. Kimchi in 1. Reg.
 6. 3. scribat: נקרא בלשון המקרא אולם מה שנקרא Vocatur in Scriptura illam, quod
 vocatur in Talmude Beth Schaar s. domus portæ. Et in cap. 7. 6. 7.
 האולם הוא הנקרא בית שער וקורווע עשו כמין כפה Ulam vocatur Beth Schaar, cuius contignatio est instar cippi, s. curva.
 Unde etiam R. Ben Mel. in Mich. Joph. ad 1. Reg. 7. ait, Illam esse
 כפה שקורין בלוּז בולטה locum concameratum qui vo-
 cetur vernaculè Bulta. Ita de אכסדרה s. Exedra legitur in c. 3.
 Menach. fol. 33. p. 2. in Gem. אמר רבא בר שלא אמר רב
 חסדא אכסדרא פטורrah מן המזווה לפיה شأن לו
 פצימין היא יש לו פצימין חייב חזוק לתקורת הוא
 דעבידי הכי קאם עוף שיש לו פצימין פטור שאין
 אקסדרה Chasda: Exedra libera est à Mesusa, quia non habet postes, si habet postes,
 tenetur; contignationis firmandæ ergo faciunt (eos). Ita dixit: quam-
 vis habeat postes, libera est, quia non facti sunt, nisi ad firmandam con-
 tignationem. Huc spectant illa in Arb. Tur. l.c. col. 2.
 אקסדרה שיש לו שלשה מיחיצות ופרוץ כרביית פטורrah
 אפת C 2

אף על פי שיש לה פזימין ברוח הריבי' צורות
 הפתח אבל אם יש לה מוצאה גם ברוח הריבי'ת
 אף על פי שהיא נמוכה או שעשויה חלונות
 Exedra habens tres parietes, & foramen in
 quarto, libera est, quamvis habeat postes in latere quarto instar portæ.
 Sed si habet parietem etiam in latere quarto, quamvis sit depresso,
 vel plenus fenestrarum, tenetur. Quid autem sit Exedra, explicat
 R. Salomo in com. in Men. 3. f. 33. p. 2. inqviens : אבסדרא שלשה :
 רפניות כתומות בלי פתח והריבי'ת פרו' לגמרי
 מתחת אבל למעלה יש דופן מעט המחויק את הסכך :
 Exedra constat tribus lateribus clausis sine janua, & quartum est to-
 taliter apertum infra; supra autem est latus parvum firmans contigna-
 tionem. Ita de porticu refertur in Arb. Tur. l.c. c. 2. his
 מרפסת שהיא דרך לעלות בה לעליות ובויהן :
 Porticus ducens in conclavia, & domus por-
 tæ ac borti libera sunt. (Ut autem sciatur in quo differant
 & describitur ibidem in Arb. Tur. in Orach Chaim fol. 68.
 col. 2. adhuc clariss. his verbis : וועמד בחצר וועלן : מרפסת
 מvod fit in
 atrio (lithostato) adscendatur, & descendatur in-
 de in atrium. Et in explicatione vocum Mischnajoth pun-
 ctatis annexa vocatur מקומ לפני העלייה locus ante cœ-
 naculum.). Qvare autem in loco Talm. ex Joma. sup. cit. locus
 secretus, officina coriarii, locus balnei &c. excipiuntur à Mesusa,
 ejus alia ratio redditur ibid. sc. כיון שאין מהם דירה אבל
 כל מקום שהוא לדייר חיוב אף שהוא במקומות
 הטינופות וטוב לכסתורה כדי שלא תהא נראה
 qvia non inhabitantur. Qvicunque autem locus inhabitatur, tenetur,
 etiam si sit in loco immundo, & rectius regatur, ne appareat. Qvare
 denique illæ sex portæ in loco Talm. ex Joma sup. cit. sint à Mesu-
 sa liberæ, illud ex parte docetur ibid. in Jom. l.c. p. 2. ubi dicitur :
 תנ ר' כהנה קמי ר' יוחנן בית התבן ובית הבקר
 ובית העצים ובית האוצרות פטורים מן המזווה מפני
 שהנשים

שְׁהַנְשִׁים נָאחוֹת בָּהֶן *Tradidit Rabb Cabana coram Rabb Je-
 buda: straminarium, bovine, locus lignorum & borrea libera sunt à
 Mesusa, qvia fœmina ibidem lavant; vel ut R. Maim. in Hilc. Mes. c. 6.
 qvia הנשים וושבות בו להתקשט fœmina ibi sedent & se or-
 nant. (Ubi tamen intelligitur bovine ejusmodi, in quo boves non
 actu collocati sunt, unde in Tosephos in loc. Jom. cit. p. i. additur:
 שעשו לבקר אבל אין מעמירין בו בהמות בקביעות
 נשים רוחצות בו אבל רפת בקר משמע שעומרת בו
 בקר בקביעות והוא מלוכך בזבל הבקר אין הנשים
 In (Bovili) qvod factum pro bove, ubi tamen non collo-
 cant bestias ordinariè, mulieres lavant; sed in bovili simpliciter tali, ubi
 bos ordinariè persistit, qvodq; stercore bovino conqvinatum est, mulie-
 res non lavant). Nam, ut R. Sal. in Jom. cit. p. i.
משום רמקום
 גנאי הוא שעומרות שם ערומות אין כבוד שם
 qvia locus hujusmodi turpis est, eò qvod ibi
 stent nude, non eum illi honorem habent, ut sit ibi Mesusa. Qvod si
 autem fœminæ iis locis hoc modo non utantur, tum illi
 סתם חיובין absolute tenentur Mesusâ.*

§. 13. Sed progrediamur ulterius visuri, qvomodo reliqui
 loci nondum tacti in Mesusæ ritibus se habeant.

§. 14. De Synagogis itaque constat ex Jom. I. cit. fol. II. p. 2.
 ubi ita: בית הכנסת שוש בה בית דירח לחון הכנסת:
 חייב במוזה וshan אין בה בית דירח רם מהיוב וחכמים
 Synagoga, in qua est domus editui tenetur Mesusa. Illa qvæ nō
 inhabitatur, R. Meir etiā teneri ait; Sapientes a. liberam pronuntiant.
 It. ex R. Ascher in Hilc. Ket. Hilc. Mes. dicente:
 כפרים סתם חייב דמסתמא דרים בה ושל כרכיבס
 אם יש בזו בית דירח לחון חייב ואם לאו פטור
 Synagoga pagana simpliciter tenetur (Mesusâ), si absolute quidam in-
 habitant illam. Urbana autem si continet domum editui, tenetur; si
 non, libem est. Qvæ dilucidantur in com. Raschi in Jom. l.c. fol. 12.
 דcrcibim ששה מוקם שוקים ומתקבצים:
 ס

שם מפקמות הרבים והוא עשו לכל הבא לאחفل
וain לא בעליים מיוחויס : רכפרים כל בעלי
(*Synagoga urbana est locus in foris, qd convolant undique, aptatus est pro omni, qui ibi voluerit orare, neg habet certos prepositos. In pagana omnes prepositi noti sunt, estq instar conclavis sodalium.*)

§. 15. De collegiis & gymnasiiis constat ex *Arb. Tur. l.c. col. 3.*
בית המדרש פטור מהטזה : ואמ יש ubi ita differitur :
בוفتح שרגיל לצתה בו לቤתו חיוב אבל עיקר
הפתח העשו לכל כניסה ויציאה פטור : ירושלמי
בית מרשו רב חנינא הוא לה מזוהה וכן עשה
הר מאיר מרוטנבורק טוונה לפתח בית מדרשו ואמר
בשהיה ישן בו שינוי האצחים היה רוח רעה מבעתתו
: *Collegium liberum est à Messia, Qvod si habeat posticum, per quod dominum redire soleat (professor) tenetur. At janua principalis, quæ cujuslibet ingressui & egressui destinata est, libem est. Hierosolymitanum (Talmud cap. Hakkore etb bammegilla fol. 75.): collegium R. Chaninæ habebat Messiam. Ita etiam R. Meir Rotenburgensis fecit Messiam ad januam collegii sui. Refert se dum caperet somnum meridianum spiritu maligno fuisse territum, antequam affixisset Messiam. Ita etiam Rab Hunay affixit Messiam collegio, de quo in c. 3. Menach. f. 33. p. 1.* והא הוא
פיתה רהה עיל בית רב חנינא לבי מדרשא והויא
hoc refertur de janua, per quam ascendebat Rab Hunay in collegium, quæ habebat Messiam.

§. 16. De Tabernaculis in festo tabernaculorum constat
בב יהודה לטעמיות ex c. 1. Jom. fol. 10. col. 2. ubi ita legitur :
ראטו סוכה דירת קבוע בעין ומיחייבא במצוות
